



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatus De Institvtione Sacerdotum, qui sub Episcopis
animarum curam gerunt, quo ad mores eorum & reliquam
vitam**

Soto, Pedro de

Louanij, 1562

Lectio prima.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30247

D E R A

TIONE MEDENDI PEC

*catis quatenus pertinet**ad spirituales**iudices.*

Lect. Prima.



DIXIMVS in principio huius, quam nunc tractamus, partis, duo potissimum esse necessaria spiritalibus iudicibus: cognitionem videlicet peccatorum, & cognitionem rationis medendi vulneribus animarum: ut ibi ex patrum doctrina ostendimus. De primo igitur cum dictum sit in genere quidem quantum sufficit, & in specie ostensum quid sit reliquum: de secundo

cund
locu
mus
tius
pro
illust
D
bend
to po
catis
qua e
ris. Q
uera
cere p
ter ad
morte
rang
uatio
tur, fr
cata,
inqua
ctum
dictu
rursu
euan
recidi
culos

cundo restat ut nunciamus? quē locum, quia nunc nimium videmus neglectum, cupimus diligentius commendatum esse, atque pro nostra tenuitate conabimur illustrare ac docere.

Duplex igitur medicina adhibenda est animabus in sacramento poenitentiae. Prior, qua à peccatis commissis curentur. Altera qua etiam præservedentur à futuris. Quae ita coniunctae sunt, ut reuera neutra sine altera aut sufficere possit, aut vix certè veraciter adhiberi. Qui baptizatur à mortuo, inquit Sapiens, & iterum tangit mortuum, quid prodest lauatō eius? Quo apertè ostenditur, frustra commissā dimitti peccata, si iterum repetatur. Frustrā, inquam, quantum attinet ad fructum & salutem animae: cū, ut dictum est superius, periculosius rursus infirmetur anima. Et in euangelio dominus non solum reciduum peccati peius & periculosius esse docet: Fiunt, inquit, ens,

Medicina adhibenda est propter praeterita, & contra futura peccata.

Ecclesiasticus. 34.

ens, nouissima hominis illius peiora prioribus) sed etiã in specie tamen, & non secundum veritatem poenitentiam frequenter agit, cum futura non cauentur peccata: quanuis non negandum sit, posse etiam verè & integrè fieri ab eo qui rursus labitur, propter humani cordis labilitatè, vt supra dictum est. Inuenit (inquit) domum illam vacantem, quamuis mundatam & ornatam. Quid est vacantem: nisi ociosã, & non verè suæ salutis intetam? Sed quia de his plura diximus in tractatu de sacramento poenitentia: satis sit hæc obiter admonuisse, & dist. hanc duplicis medicinæ an-

Notet se notasse. Hoc tamen circa illas est
quentia, diligenter aduertendum, has ad-
qui au- hiberi non in sola absolute &
dit con- administratione sacramenti, quã
fessiões. quam non sit dubium, ipsum optimam esse medicinam, vbi & passionis Christi meritum, atque virtus applicatur animæ & infunditur ei diuinæ gratiæ sanitas

ac ro
 eund
 ei pos
 tum h
 poeni
 tione
 diuin
 bus v
 si exe
 aut ve
 ximu
 admi
 nisi cr
 poeni
 cipio
 medic
 scat h
 tentis
 adhib
 nis, ac
 niten
 reliqu
 etum
 furdè
 satis e
 admo
 cinan

ac robur confertur, vt merito se-
 cundū quodāmodo baptisma di-
 ei possit. At verò cū sacramen-
 tum hoc medicinale sit, & ex illa
 poenitentia, quam ante institu-
 tionem sacramēti, & ratio, & lex
 diuina docet, confectum: ex acti-
 bus videlicet poenitentis, qua-
 si exercitio quodam, siue sudore
 aut vomitu infirmi, vt suprā di-
 ximus ex b. Thoma: non rectē
 administratur hoc sacramentum
 nisi cū debite prius preparatur
 poenitens. Quare illud in hoc prī-
 cipio statuatur: ad spiritualem
 medicum pertinere, vt agnos-
 scat hanc præparationem poeni-
 tentis, & vt eā ipse pro parte sua,
 adhibitis spiritualibus medici-
 nis, adiuuet: excitās videlicet poe-
 nitentem ad dolorem peccati, &
 reliqua necessaria: de quibus di-
 ctum est suprā. Ne itaque tam ab-
 surdē errent sacerdotes, vt putēt
 satis esse, quando sacramentum
 admouent poenitenti, quasi medi-
 cinam infirmo. Prius enim opus
 est

est vt agnoscant dispositum esse illum iuxta illa quæ superius ex Hieron. in illū Matt. locū: Quæcūq; solueritis super terram, & cæt. exposuimus; & vt etiam ad ipsam præparationem infirmi cooperetur, iuxta illa quæ ex Chrysof. libris de sacerdotibus & ex Innocentio in ca. Omnis vtriusque sexus, adduximus. Colligam⁹ igitur, ad sacerdotem in iudicio illo confessionis primò pertinere scientiam necessariæ poenitentiae & doloris, quæ ad remissionem peccati requiruntur; alioquin cæcus cæco ducatur præstabit, & margaritas ante porcos sparget, aut sanctum dabit canibus. Scientiam, dicimus, doloris & contritionis duplicem: alteram, quasi speculatiuam; qua primò sciat quid ad veritatem poenitentiae & contritionis requiratur, & quib⁹ signis hæc cognosci possit, vt ex his, quantum fieri potest, intelligat, vera, an falsa; sufficiens, an imperfecta sit poenitentia & contritio.

Al

*Triples
scientia
est neces
saria au
diētī cō
fessionē*

Alter
scilicet
contritio
rem: l
nia ag
poenit
Ceter
cessari
dia ad
idq; p
peccat
seuerif
ctum a
pturis
tamus
dus est
eis ver
fina no
cus no
est ob
li meis
signa &
dicinæ
is vult
eri pot
obduct
eodem

Alteram, veluti practicam: qua scilicet possit ad poenitentiam et contritionem excitare peccatorem: Hoc enim debet ante omnia agere, cum viderit id deesse poenitenti.

Ceterum tertia etiam peritia est necessaria: qua videlicet sciat remedia adhibere periculo recidui: idque pro qualitate peccatorum et peccatoris. Hoc est enim quod de seuerissimè exigit, & cuius defectum acerrimè exprobrat in scripturis. Ad quod, ut cetera omittamus, locus ille Ieremiæ notandus est. Ita enim dominus mysticis verbis loquitur. Nunquid resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi? Quare ergo non est obducta cicatrix filiae populi mei? Vbi aduerte, quod etiam signa & vestigia peccatorum medicinae huius spiritualis remedii vult Deus deleri, quantum fieri potest. Quare (inquit) non est obducta cicatrix? Quamobrem eodem cap. aduersus sacerdotes

Cap. 8.

&

& doctores clamat. Sanabant
 contritionem filiae populi mei
 ad ignominiam eius dicentes, pax,
 pax. Vnde inquit: Quomodo di-
 citis, sapientes nos sumus, & lex
 domini nobiscum est? Verè mē-
 dacium operatus est stylus men-
 dax scribarum. Verbum enim do-
 mini proiecerunt, & sapientia
 nulla est in eis. Quæ omnia aper-
 tissimè competunt, & magis pro-
 priè ac verius dicuntur in nostros
 sacerdotes, qui rationem veræ
 poenitentiae ignorantēs, nec scis-
 entes, quibus admonitionibus ad
 eam exhortandi sint poenitentes
 denique, neque qualiter recidiv-
 occurrendum sit: ministros se
 exhibent absolutionis. Cōtra hos
 (inquam) tantò magis illa dicun-
 tur, quàm contra illos sacerdotes
 legis veteris; quantò nostri verius
 us quæ ad spiritualem animarum
 salutem pertinēt, tractant, quàm
 illi. Nec Isaias hoc omisit, ex per-
 sona Dei inquit. Dimittetur
 Cap. 27. iniquitas Iacob: & hic est omnis
 frus

fruct
 ius, ap
 spicie
 tatur
 cauea
 fructu
 pecca
 Nec e
 missis
 Tri
 am fa
 tentu
 mam
 cogno
 fectio
 uimus
 ment
 tur du
 ad co
 poeni
 tura p
 qua d
 tracta
 quand
 cta su
 parari
 to poe

fructus, vt auferatur peccatum eius, aperte ostendens duo hæc inspicienda esse: alterum vt remittatur peccatum præteritum: & vt caueantur futura. Hic est enim fructus quem dicit: vt auferatur peccatum, futurum proculdubio. Nec enim aliud est reliquum, remissis præteritis.

Tria igitur hæc, quæ ad scientiam sacerdotis pertinent, annotentur diligenter. Ex quibus primum, quod videlicet pertinet ad cognoscendam veritatem, & perfectionem contritionis, explicauimus pro captu nostro in sacramento poenitentiae. Restant igitur duo: quomodo videlicet & ad contritionem excitandi sint poenitentes, & qualiter contra futura peccata præmuniendi sint: quæ duo simul hoc loco à nobis tractanda sunt. Et merito quidem quandoquidem simul coniuncta sunt, ita vt vix ab inuicem separari possint, vt satis in sacramento poenitentiae ostendimus. Quæ

tur. Si itaque ex his omnibus cō-
 clusum, non esse veram contri-
 tionem, nisi cū necessaria reme-
 dia contra futura peccata suscipi-
 untur. Quare illa non tantum cō-
 tra futura peccata sunt, sed etiā
 vt præterita remittantur. Non
 igitur verè agit ad remissionem
 peccatorum præteritorum sacer-
 dos, qui futuris remedia non ad-
 hibet: nec verè ad contritionē
 excitat, neq; ad remedia con-
 tra periculū futurorum,
 nisi simul etiam ad ea
 suscipienda pecca-
 torem inducat.

Igitur de his

duobus

nunc

agen-

dū.

LECTIO